



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cura Salvts, Sivæ De Statu Vitæ Mature ac Prudenter Deliberandi Methodus

Hevenesi, Gábor

Coloniae, 1716

VD18 13912755

Considerationes, ob quas B. Aloysio Parens ingressum in Societatem Jesu
dissuasit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50144)

proque omnibus Ordinibus, & Statibus
 subjecta & instrumenta præclara per
 doctores scholarum erudit. Certè an-
 te scholas à Societate apertas Religiosi
 valdè pauci erant in multis claustris,
 quæ nunc præstantibus viris abun-
 dant, quorum plerique in Societatis di-
 sciplina eruditi vocationem Religiosam
 obtinuerunt.

Considerationes, ob quas B. Aloy-
 sio Parens ingressum in Societatem
 JESU dissuasit.

1. **H**ortabatur filium Parens, ut si fi-
 xum animo esset Religionem in-
 gredi, talem eligeret, in qua constanter
 viveret, ac moreretur. In Societate
 portam dimissioni semper patere aper-
 tam, nec paucos esse, qui Societatem
 post plures etiam annos deserant. Quæ
 hinc familiæ confusio?
2. Ex aliis ordinibus patere viam ad
 Cardinalatum & Episcopatum, hos
 proinde pro familiæ honore præferat,
 non difficile futurum, ut ad primas in-
 fulas perveniat.
3. Religionem suadebat ut ingrede-
 retur, non ita passim exosam plurimis,
 nec solùm hæreticis, sed & aliis.
4. Con-

4. Considerare jubebat, quantam secum molestiam ferant illa intensa studia, quæ passim in Societate usurpantur ; quam dura sit puerorum in Scholis doctio? per quæ Spiritus facile dissipatur, & devotio impeditur.

5. Societas est aliis ordinibus recentior, & mollior, nec vivit mendicatò, nec nudipes incedit, nec chorum, nec extraordinaria jejunia vel mortificationes habet vi Regulæ, consequenter minor ibidem est occasio meriti obtinendi.

6. Longa in Societate Probatio, Novitiatus biennium, diversitas graduum ; cum non omnes fiant Professi, & alia multa respectu aliorum Ordinum exotica credebat pater, quòd Aloysium deterrere debuissent à petendo ad Societatem ingressu. Ex hac enim Societatis ab aliis Religiosis Ordinibus difformitate varii aliorum Religiosorum, etiam in opinione virtutis & doctrinæ existentium de Societate sensus causantur, nec omnes exotica ista probant.

Responso B. Aloysii.

AD I. Nemo ex Societate dimittitur ob virtutem ; tam sapiens Religio
non